

Sermo

et doctores qui intelligit sic fiet illis. supple si petunt rem iustam fiet illi. supple vtiliter et salubriter. Confidentem pete quia vnum de duobus erit. vel accipies quod petis. vel melius quam petas. **Quarta** doctrina est de acceptabili presentia. scilicet quando conuenimus simul et congregamur quomodo poterimus placere deo. **Ubi** sunt duo vel tres congregati in nomine meo ibi ego sum in medio eorum. **Primo** in nomine meo. nomen proprium christi est ihesus. **Luce. ij.** Vocatum est nomen eius ihesus. **Alia** nomina sunt cognomina. **Quando** congregamur pro salute animarum vel communitatum in nomine iesu quod idem est quod salus vel saluator. **Primo** congregamur in officiis diuinis in nomine iesu. scilicet pro salute animarum. ubi non sunt nisi duo. scilicet ecclesia vel laici vel viri et mulieres. **Ubi** tres scilicet chorus dexter et sinister. et illi qui sunt in medio in pulpito. et ihesus est in medio eorum. **Secundo** congregamur in sermone ubi sunt nisi duo. scilicet presbiter et predicator. vel tres. scilicet ecclesiastici. laici et predicator. et cristus est in medio. **Nota** ergo quod predicator debet diligenter studere et presbiter attente audire. **Nota** quod si quis dormit vel si respicit mulieres et e converso quod dicunt angeli qui sunt cum christo in medio. **Tercio** congregamur nos ecclesiastici ad officium diuinum. et quando dicitur Deus in adiutorium. subito est christus ibi. et chorus inclinatur pro chorus. scilicet christus in medio existenti reuerentiaz exhibendo. **Ergo** reuerenter inclinari debemus. sed quando aliquis stat in composita in choro dicit christus et sancti angeli. **Domine** habet nos labijs honorat. cor autem eius longe est a nobis. **Mat. xv.** **Nota** de b. Martino qui semper timebat in choro. qui interrogatus quare timeret? Respondit quod propter christi presentiam. **Unde** si rex episcopus vel papa esset in choro quomodo staret quilibet honeste et composita. **Nota** et dissolutiones que fiunt in choro. **Quarto** congregantur etiam domi et rectores ciuitatis vel ville in nomine iesu. quando pro bono et vtilitate communitatis conueniunt. ibi est christus in medio. **Nota** si est ibi aliquis rector siue consiliarius non recte incedens. sed respicit carnes vel sanguinem vel munera et non deum angeli christo poterint dicere. **Domine** occidam istum preditorem. **Sed** quando vident ipsum incedentem recta intentione pro vtilitate communitatis commendant ipsum christo. **Idem** quando congregantur pro pace vel causa matrimoniali. ibi est christus in medio. si non mendosa ibi dicant. veritas tamen quando potest taceri. quia non omnis veritas est dicenda in omni loco. **Et** potest dicere quando non mentiuntur. **Tu** in nobis es domine. et nomen sanctum tuum inuocatum est super nos. **Mat. xiiij.** **Quinta** doctrina est de amabili remissione. scilicet remittendo iniurias sibi ad iniuriam. hoc ostendit ibi. accedens ad eum Petrus dixit. **Domine** quotiens peccabit in me frater meus et dimittam ei usque septies? **Dixit** ei ihesus. **Non** dico tibi usque septies. sed usque septuagies septies. **Mat. xvij.** **Omnes** glose ordinarie et exposito-

res dicuntur septuagies septies. id est totiens quotiens. et sic intelligitur. **Nota** tamen quod iste numerus septuagies septies potest exponi tripliciter. scilicet collectivae. diuinae et multiplicatiuae. **Collectivae** exponendo septuagies septies. id est septuaginta et septem vicibus. **Ratio** quia in sacra scriptura numerus septenarius significat vniuersalitatem perfectam et totalitatem. **Unde** **Thob. xij.** legitur quod dixit angelus raphael **Thobie.** Ego sum angelus Raphael vnus de septem qui stamus ante deum. ubi docet glo. **Unde** de vniuersis. quando ergo septies coniungitur cum septuaginta tunc significat vniuersalitatem. **Secundo** exponitur diuinae sic. septuagies ex vna parte. scilicet debes remittere. et septies ex alia. scilicet debes remittere. **Unde** legitur **Leui. xxv.** quod dominus ordinauit iudeis iubileum de septem in septem annis. ut permitterent quiescere terram ne seminarent neque colligerent di. **Sex** annis feres agrum tuum. et sex annis putabis vineam tuam colligere fructus eius. **Septimo** autem anno erit sabbatum requies domini. **Item** ordinauit alius iubileum septem annorum et in illo remittebatur omne debitum di. **Sanctificabis** annum quinquagesimum et vocabis remissionem cunctis habitatoribus terre. **Leui. xxv.** **In** quo ostenditur et innuit nobis duplex modus remissionis. **Primus** ut permittamus quiescere terram. scilicet corpus proximi ne sibi noceamus vindictam recipiendo. **Secundo** remittere omne debitum. scilicet omne odium et iram cordis. **Tercio** potest exponi multiplicatiuae. tunc septuagies septem. id est septuaginta vicibus septem. que sunt. ccccxc. in quo numero innuunt nobis septuaginta hebdomade. ut habet **Daniel. ix.** Septuaginta hebdomade significat tot anni transire debebant a danieli usque ad christum. **Et** ista expositio tangit causam remissionis. quia sicut christus virtute passionis sue venit ad remittendum peccata. sic nos exemplo christi debemus remittere iniurias. **Eph. iij.** Estote benigni inuicem et misericordes donantes iniuriam sicut deus in christo nobis donauit. **Prima** expositio tangit numerum remissionis. quia septuagies septies. id est totiens quotiens. **Secunda** tangit modum non tangendo corpus. **Tertia** tangit causam. quia nos exemplo christi debemus remittere et amore sui. ut eleuemur ex parte in gaudium eternum.

Feria quarta post dominicam tertiam quadragesime. **Sermo.**

Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum. **Mat. xv.** **Sermo** erit de sancto euangelio. **Sanctum** euangelium continet tres magnas questiones que fuerunt pro christum disputate et determinate. **Prima** fuit phariseorum contra christum. et ista fuit infectiua et maliciosa. **Secunda** fuit contra iudeos. et ista fuit instructiua et vir-

Feria quarta post Oculi

tuosa. Tertia fuit discipulorum cum christo. et ista fuit dubitativa et timorosa. De prima questione quam fecerunt iudei in christum dicit thema. Quare discipuli tui etc. Prima conclusio fuit phariseorum contra christum. Pro cuius declaratione sciendum quod iudei fuerant antiquitus magnam mundiciam exteriorum lauando sepe manus. faciem pedes vestimenta. et totum corpus et vasa. et in hoc faciebant magnam vim ut extra essent mundi. Auctoritas. Pharisei et omnes iudei nisi crebro lauent manus suas non manducant tenentes traditiones seniorum. scilicet ordinationes et consuetudines eis traditas ab antiquis. Mat. vii. Sed intus de mundicia anime non curabant. imo anima erat immunda et plena macula. superbie. auaricie. luxurie. iracundie. et alijs peccatis. Ideo dicit eis. Ne vobis scribe et pharisei ipocrite qui mundatis quod deforis est calicis et parapsidis. et intus estis pleni rapina. Mat. xxiii. Sed christus ostendebat oppositum discipulis suis. scilicet ut fuerant mundiciam interiorum ne in intellectu haberent maculam erroris nec in voluntate odium nec rancorem. nec in memoria desiderium vindicte. nec in corde superbiam nec malam cogitationem. et quod vitarent peccata. De mundicia autem corporis ad extra non multum curabat. nec de ablutione manuum quando debebant comedere. propter quod iudei infective dixerunt christo. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum. non enim lauant manus suas cum panem manducant. Ecce hic questio infectiva et maliciose. quod non est culpa discipulorum sed tua qui es immundus. Ideo male nutris discipulos tuos quibus respondit christus excusando suos discipulos de peccato. sed non de rusticitate. Non quod intrat in os coinquinat hominem. sed quod procedit ex ore. Et dixit eis septem peccata in quibus ipsi erant culpabiles. Et isto modo prima questio fuit disputata seu determinata. Porro. In hoc defectu iudeorum sunt modo multi christiani qui habent magnam curam et diligentiam de mundicia exteriori se lauando et purificando manus. faciem. corpus. et non curant de mundicia interiori et spirituali. scilicet animarum que sunt immunde et maculate per usuram. rapinas. furta etc. que non possunt mundari nisi aqua restitutionis. Quia non dimittit peccatum nisi restituatur ablatum. Regula theologie et iuris. Item camisia corporis lauat quolibet mense. secus de camisia anime que est conscientia. Aug. Homo bona vis habere et bonus non vis esse. quod est quod malum vis habere: nihil omnino. non vxor. non filium non tunicam. puto vere nec caligam. rogo prepone aiam calige tue. Et nota quod caliga dissuta fuit. sic anima misera dissuta per odium rancorem fuit cum amore proximi cum filio dilectionis et acuaritatis. Iuxta illud apostoli. Super omnia caritatem habete quod est vinculum perfectiois. Item caliga plena pulueribus excutit. sic anima plena pulueribus

per auariciam excutit per restitutionem et elemosinam largitionem. Item caliga immunda lauat. sic anima lauanda est in fonte baptismatis. Ideo dicebat christus. Ne vobis scribe et pharisei ipocrite. qui mundatis quod deforis est calicis et parapsidis. intus autem estis pleni rapina et immundicia. Pharisee ecce munda prius quod intus est calicis et parapsidis ut fiat et id quod deforis est mundum. Mat. xxiii. Etiam hec christi maledictio non tangat vos. Ideo teneatis consilium Esaie. qui loquens de mundicia spirituali in persona dei dicit. Lauamini mundum estote. Esa. i. Secunda questio fuit in iudeos dicens. Quare vos transgredimini mandata dei propter traditionem vestram. Hec questio fuit instructiva et vtuosa. Pro cuius declaratione sciendum quod iudei illi cum quibus disputabat erant maiores et rectores populi et sacerdotes. et erant ita auari quod faciebant taliter quod tota pecunia populi venit ad manus eorum. faciebant ordinationes et leges super precepta dei taliter quod omnia vota oblationes sacrificia diuitie. promittunt venerunt ad manus eorum. propter hoc dicebant populo. quod sicut deus valeret plus quam omnia alia. ita etiam quod sibi offerretur est melius. Ideo si aliquid vestrum tenet aliquid de malo iniusto. offerat illud deo in templo. et non oportet facere aliam restitutionem. quia totum est dei. Quia domini est terra et plenitudo eius. orbis terrarum et vni. etc. Ideo offerendo sibi illud datur domino principali. quam si aliquid recipit a fuitore alicuius datur illud domino suo excusat etc. Ecce qualis modus dandi pecunias qui quidem est super preceptum dei quod precipit esse restitutionem. Item si filii habebant parentes indigentes. si offerebant deo in templo illud quod debebant dare subueniendo parentibus excusabant. etiam si morerentur fame. quia deus est principalis pater. Ecce leges et ordinationes ipsorum malas. propter quod multi non curabant restituere nec parentibus succurrere. et sic frangebant precepta dei. propter quod dixit eis. Quare vos transgredimini mandatum dei propter traditionem vestram. Nam deus dixit. Honora patrem et matrem. Et qui maledixit patri aut matri morte morietur. vos autem dicitis. id est ad dicendum alios inducitis. Quicumque dixerit patri aut matri. Quod pater o matris munus quodcumque est oblatum in templo ex me. id est ex mea deuotione. tibi proderit ad utilitatem anime magis quam si darem tibi. quia tunc proderet soli corpori. vel tibi proderit. quod non. imo sacrilegus es si acceperis quod deo deuouit. ut videtur intelligere Hiero. Et sic non honorauit patrem et matrem. et irritum fecistis mandatum dei propter traditionem vestram. ipocrite bene prophetauit de vobis Esa. di. Populus hic labijs me honorat. cor autem eorum longe est a me. bene sine causa colunt me docentes doctrinas et mandata hominum. Et dixit. au dicit. Non quod in os intrat coinquinat hominem sed quod exit de ore hoc coinquinat hominem.

Sermo

Ecce hic questio correctiua ⁊ vtuosa. Illi autē nō poterāt respōdere. ¶ **H**ozalr habemus h̄ duas instructōes. Prima tangit aliq̄s ecclesiasticos q̄ volunt omnia h̄re. vt illi pessimi iudei. siue p̄ capellarias siue p̄ anniuersaria siue missas ⁊c. querentes ⁊ tenētes varios modos vt habeant pecunias a gentibus dicentes. **B**ate h̄ elemosynas. ex q̄bus remittunt vob̄ q̄dragesime fracte. ⁊ vota. ⁊ p̄cussiones parentum ⁊ h̄mōi. qz papa non possit absoluere sine p̄tritōe. Quibus potest dici. **Q**uare vos transgredimini? **S**ecunda instructio quam tangit deus est questio. quare x̄ps dimissis alijs peccatis in q̄bus erant nimis culpabiles iudei cuz q̄bus disputabat singulariter eos resp̄hendit de peccato p̄tra honorem parentū? **R**espōsio q̄ hoc fecit x̄ps ad exemplum nostrū ad ostendendum quantā vim facit deus p̄ hos. qz si nō esset p̄ceptum diuinum de honore parentum. tñ natura docet q̄ tenemur honorare parētes ⁊ eis subuenire. vñ cogita quot mala sustinuit mater portādo i vtero pariendo. nutriēdo. mastico. mundādo. ⁊c. **I**deo dicit scriptura sancta. **H**onora patrem tuum. ⁊ gemit̄ m̄ris tue ne obliuiscaris. memēto qm̄ nisi p̄ illos natus nō fuisses. ⁊ retribuere illis quō ⁊ illi tibi. **E**cci. viij. **N**ota hic de romāis gentilibus quomō antiq̄tus adorabant diūsas imagines tam hominū q̄ iumētōrū. sed nō adorabāt imagines auiū nisi solum de ciconia. ⁊ h̄ p̄pter honorem quem faciūt parentibus. quia p̄uident eis in senectute. p̄pter hoc dixerūt romani q̄ aliquid haberet diuinitatis. ⁊ iō adorabant imaginem ciconie. **N**ota hic q̄ legif̄ in factis notabilibus romanorum de illa muliere ad mortem sentiata vt in captōne moreretur fame **A**d quam veniebat filia dādo sibi lac ⁊c. **H**oc narrat **V**alerius maxim̄. **I**deo de honore parentū habemus **E**ph. vi. **F**ilij obedite parentibus vestris in domino. **N**ota in domino. non dicit p̄ dñm. hoc iussit p̄ moysen. **H**onora patrem tuum ⁊ matrem tuā. vt bñ sit tibi. s. in diuinitis temporalibus ⁊ sis longeuus super terram. scz in bona ⁊ longa vita. **E**xo. xx. ¶ **T**ertia questio fuit apostolorū cum x̄po que fuit q̄stio dubitativa ⁊ timorosa di. **S**cis qz pharisei audito h̄ v̄bo scandalizati sūt. **P**ro cuius declaratiōe sciendū. q̄ videns x̄pus q̄ pharisei ex suis verbis non fuerunt correcti nec emēdati dixit eis. **I**pocrite ab ypos qd̄ ē sub ⁊ crisis qd̄ est auruz id̄ ē supra deaurati. bene p̄phetat de vob̄ **E**sa. dicens. **P**opulus hic labijs me honorat ⁊c. qz ore deum laudabāt. sed ope p̄ deum faciebant. **I**deo x̄pus. **S**ine cā colunt me. i. sine vtilitate. **P**ostq̄ aut̄ vocauit eos ipocritas indiḡti sunt p̄ x̄pm̄ minando sibi ad mortem. p̄pter qd̄ apostoli dixerunt x̄po cum timore. **S**cis quia iudei audito h̄ v̄bo ⁊c. **Q**uibus respōdit x̄ps. **O**mis

plantatio quam non plantauit pater meus eradicabitur. finite illos ceci sunt ⁊ duces cecorū. **C**ecus autem si ceco ducatum p̄stat ambo in foueā cadūt. **T**unc dixit **P**etrus. **E**dissere nob̄ parabolam. **A**t ille. non intelligitis omne qd̄ intrat i os in ventrem vadit ⁊ in secessum emittit. **Q**ue aut̄ p̄cedunt de ore de corde creūt. ⁊ ea coinquinant hominem. **D**e corde exeūt cogitatōes male homicidia. furta. adulteria. falsa testimonia. blasphemie. hec sunt que coinquināt homines. nō lotis aut̄ manibus manducare panem nō coinquinat hoīem. **N**ota omis plantatio. **A**ntiq̄tus synagoga dicebat vinea domi. **E**sa. v. siue ortus domi sicut modo eccl̄a. **P**lati erāt arbores magne. plus v̄bo plante. **T**empe aut̄ christi prelati erant plātati in synagoga. ⁊ nō a deo vt Aaron. sed a simonia vel a genere ⁊ non p̄ electōes vel sp̄ualem p̄uisionem. sed p̄ intrusionem et p̄ ingressiōem suam. **I**deo dicit x̄ps. **O**mis plātatio ⁊c. eradicabit ⁊c. radicitus. **S**latu venti. s. vbi x̄pi dicentis in die iudicij. **D**iscēdite a me maledicti ⁊c. **M**at. xxv. **I**deo nō timeatis eos finite illos. si scandalizent nō curatis. **Q**uilibet q̄ respiciat quomō est plantatus in regimine. si p̄ canonicam electōnem. vel sp̄ualem p̄uisionē qz quibus papa misit bullas illis penitus ignorantibus tales nō eradicabunt in die iudicij. qz pater celestis plantauit eos. ⁊ in morte trāsp̄latabit eos in paradiso. **M**at. xvij. **E**t erit tanq̄ lignum quod plantat sup̄ aq̄s. qd̄ ad humorem mittit radices suas. ⁊ nō timebit cū venerit est? **S**ed de ill̄ q̄ sunt plantati p̄ simoniam siue rōe generis siue p̄cibus armatis. dicit x̄ps. **O**mnis plantatio quā non plantauit pater me⁹ ⁊c. **I**dē est dicendum de domis temporalibus ⁊ rectorib̄ cōmunitatum. villarū. ciuitatū ⁊c. **I**deo q̄libet respicit a quo est plantatus. qz omnis plātatio. ⁊c. **E**t cōcordat scriptura sacra **S**ap. iij. **A**dulterine plantatiōes non dabūt radices altas. et a vento commouebunt. **A**dulterina plantatio. qm̄ v̄cor dat filium alterius viro suo. **I**ta sacra mater eccl̄a que habet x̄pm̄ in sponsum facit p̄ p̄ces ⁊ simoniam plātos qui dicuntur adulterine plantatiōes qui eradicabunt finalr. ¶ **N**ota ceci sunt ⁊c. **Q**uare vocat eos cecos? **R**espōdetur q̄ non ex ignorantia litterarū. qz apti erant ⁊ speculatiui. sed vocat eos cecos p̄ maliciā quam habebant practice cognoscendo peccata aliorū. ⁊ non sua. **S**ap. ij. **E**xcecauit enim illos malicia eorū. **N**ota questionem sup̄ h̄. **S**i cecus cecum ducat. **E**t h̄ quero. **S**i ego cōfiteor alicui ceco ignorantī qui nescit discernere inter lepraz ⁊ non lepram. vel non habet potestatem absoluendi. nunq̄d ex hoc ego ero in piculo cadendī in foueam inferni? **R**espōsio q̄ cōfiteri ignorāti potest contingere dupliciter. vel scienter vel ignorantr. **S**i homo confiteat̄ confessori ignorā

Feria quinta post Oculi

Uigilant. qz hō psumit q est aptus quia est mgr
in theologia vel rector vel p̄latus vel president
ipm abilitat. 7 forte est ignorans. Dico q in ta-
li casu vos estis excusatus. sed ipse solus dāna-
bitur. qz non debebat assumere graduz sine sci-
entia. Eze. iij. Quia tu scientiā repulisti repel-
lam te ne sacerdotio fungaris mihi. Nota quia
tu scientiā repulisti. non dicit. qz scientiā non ha-
buisisti. sed quia scientiā repulisti. quia multi sūt
ignorantes. sed petunt cōsiliū. isti nō repellūt
scientiam. sed illi qui sunt ignorantes 7 non pe-
tunt consiliū. tales repellunt scientiā 7 damnan-
tur. sed quando homo eligit scientē confessorē
ignorantem. bestiam 7 cecū. sicut vsurarij q̄ di-
cunt intra se Si confiteor tali nimis stricte se ha-
bebit. ideo vadam ad tales. Si ergo electiue ce-
cus cecum ducit. ambo cadunt in foueā infernī
Nota hic de illo capitaneo armorū infirmo cui
scutifer adduxit bonum confessorē. qui confi-
tebatur solum de venialibus. 7 de vna nuce ba-
liste quā inuenit semel 7c. sed frater qui sciebat
suam maliciā 7 malam vitā dixit sibi. Audiui
q̄ semel combussisti talem villam. tunc emisit il-
lum confessorē 7 fecit vocari aliū p̄fessorē sim-
plicem 7 ignorantem. s. de ill' cōmunibus quib⁹
omnes volunt p̄fiteri 7 inuitant ad prandiu. 7
confessor ille excusauit peccata illius infirmi. de
talibus intelligit. Si cecus cecū ducat. Trinaz
inter nos non sint aliqui q̄ scienter eligunt p̄fes-
sorē ignorantē. vt sunt vsurarij. concubinarij
7c. Eligatis bonos 7 prudentes confessores. qz
melior est hic purgare peccata q̄ in inferno. vbi
nulla est redemptio.

¶ Feria q̄nta post Oculi. Sermo p̄mus.

Erat predicans

in synagogis galilee. Luc. iij. Ser-
mo n̄r erit de sancto euangelio 7c.

Sanctū euangelium hodiernū declarat nob̄ de
domino nostro ihu xp̄o quatuor magnas et al-
tas excellentias.

¶ Prima diuina potentia.

¶ Secūda humana clementia.

¶ Tertia p̄fecta sanctitas.

¶ Quarta extensa charitas.

De quarta. s. extensa charitate xp̄i. qz exibat p̄-
dicando nō solum in magnis villis. sed etiam in
paruis 7 synagogis. de hoc loquit̄ thema dicēs
Erat p̄dicans in synagogis galilee. Pr̄ia excel-
lentia xp̄i quam nob̄ declarat sanctū euāgelium
est diuina potētia que est facere de creaturis vt
sibi placet. iuxta suū imperiū statim fit vt ipse p̄-
cipit. Qm̄ si deus diceret monti transi hinc. sta-
tim esset factum 7c. Secus de nobis. qz si volu-
mus aliqd̄ facere oportet nos laborare 7 in tem-
pore 7 cū instrumentis necessarijs 7 cum auxilio
opari. sed deus dixit 7 facta sunt. ps. xxxij. nec

indiget instrumentis nec auxilio alicui⁹. imo q̄c/
quid facit p̄ creaturas p̄t p̄ seipm̄ facere imme-
diate. Hec diuina potētia ostendit̄ in principio
euāgelij vbi legit̄ q̄ xp̄us impando curauit mu-
liera a febribus. Surgens ih̄s de synagoga i-
trauit in domum simonis leprosi. socrus autē si-
monis leprosi tenebat magnis febribus. 7 roga-
uerunt illū p̄ ea. Stans autē impauit febribus 7
dimisit illam. 7 p̄tinuo surgens ministravit illi
In quo ostendit̄ potentia in xp̄o faciens d̄ crea-
turis. s. de infirmitate 7 sanitate. sicut vult solo
impio voluntatis. Nota hic duo secreta mora-
lia. Pr̄imū cogitando conditōz infirmitatis ibi
Tenebat magnis febribus. Scdm̄ cogitādo mo-
dum curatōis ibi. impat febribus. Pro p̄mo nō.
q̄ hec febris vt dicit glosa moral' significat pec-
catum mortale. Rō qz peccatum mortale habz
p̄ditōes febris. Rō. qm̄ sicut morbus siue infir-
mitas febris p̄mittit initiū. s. frigus an̄q̄ veniat
Ita peccatum mortale p̄mittit initiū. s. frig⁹ ne-
gligētie bonorū operū. Item aufert appetituz
comedendi. 7 deordinat gustū corpis. Hoc idē
facit peccatū mortale. q̄diu p̄sona est diligēs i
bonis opibus iuxta suum statū 7 p̄ditōz. deus
p̄fuit ipam a febre peccati mortal'. Sed statim
qm̄ p̄sona dimittit diligentiam 7 deuotōz. quia
iam nō dicit horas distincte. nec facit oratōz vt
p̄fuit. sed sic paulatim infrigidat. statim sequit̄
peccatum mortale. Quod p̄t practice declara-
ri tam in religiosis q̄ in clericis q̄ etiam laicis.
q̄diu em̄ religiosus fuit cum diligentia regu-
lam 7 ceremonias in cibo. potu 7c. deus p̄fuit
ipum a febre peccati mortal'. Sed qm̄ miser reli-
giosus mō dimittit vnam ceremoniā mō aliā di-
cendo. vere sufficit mihi f̄uare vota essentialia
7 p̄cepta. qz ceremonie non obligāt ad peccatū.
ergo non tenebo. statim cadet in peccatū. qz q̄-
uis non obligāt tñ p̄fuant a peccato ceremonie
7 q̄ ista negligit statim in peccatuz cadit. Qm̄ si
religiosus nō sit ceremoniosus erit criminofus.
viciosus. luxuriosus 7c. Idem de p̄bytero qm̄
dicit officium suū cum diligentia. surgit de no-
cte ad matutinas. dicit missam cum deuotōe. 7
nō p̄ pecunia 7c. de' custodit ipm̄ a febre pec-
cati mortal'. Sed quādo incipit infrigidari p̄
negligentiam 7 indeuotōnem statim sequit̄ fe-
bris peccati mortal'. Idem de laicis q̄diu sūt
diligentes in aliquo bono mō viuendi recepto
scz orandi. p̄fitendi. cōmunicandi. deus p̄fuit
ipos a febre peccati. Sed postq̄ incipiunt frige-
scere p̄ negligentiam dicendo. nūqd̄ oportz facē
tanta 7c. statim sequit̄ febris peccati mortal'.
Autoritas. Ab aq̄s niuiū transiet ad calozē ni-
mium. 7 vsqz ad inferos peccatū illius. Job. xx
iij. Nota ab aquis niuiū. i. a negligentijs bono-
rum operū transit. suple peccator. ad calozē ni-
mium. s. peccati mortal' qd̄ vrit corpus 7 animā